N. 4. A. D. 1017. (gennaio, Indiz. XV).

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Canne.
Rogatario	Gregorius diacon. et not.
Descrizione	Taglio rettang.: alt. 0,53 1/2, largh. 0,25.
Scrittura	Corsiva.
Contenuto	*Iohanne, f. Laiti,* di Canne, avendo dato precedentemente un suo terreno da coltivare, sotto la città di Canne, a *Milandi, f. Dumnandi,* e *Martini, f. Isabri,* si dividono, di comune accordo, il possesso del terreno già coltivato.
Bibliografia	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi quinquagesimo hoctabo anno imperii domini Basili et Constantini sanctissimis imperatoribus nostris mense ianuari quintadecima indictione. Ideoque ego Iohanne f. Laiti de civitate Canni. declaro ante presentiam Petri iudicis et alii bonis hominibus qui subter ascripti sunt. quia hante hos annos dedi Milandi f. Dumnandi et Martini f. Isabri una terra mea quas habeo subtus ac civitate Canni ad pastinandum in parte sicut scriptum illorum continet. Modo quidem ego q. s. Iohanne ante eodem iudice et subscriptorum testium. venio in convenientiam cum ambo ipsi prenominati Milando et Martino. Et per ipsa convenientia quod inter nos stetit dividimus inter nos ipso pastino quod ipsi q. s. nominati pastinaverunt in iam dicta terra. Et ad presens ego q. s. Iohanne per ex predicta convenientia tradidi ad ambo ipsi prenominati in sortem de iamdicto pastino longitudinem hurdini per petanti hoctoginta. Et in latitudinem quomodo incipit a medio limite da ipso pastino Petri f. Maraldi iudicis usque in ipso alio medio limite de ipsa terra mea bacua. unde ego q. s. Iohanne per ex predicta convenientia recepi in sorte a vos q. s. nominati Milando et Martino ex predicto pastino longitudo urdini per petanti sexaginta hocto et latitudo quomodo incipit a predicto medio limite de ipso pastino q. s. Petri usque in ipso limite de ipsa terra mea qui abet finis ipsa sorte de ipso pastino vestra q. s. Milandi et Martini de

prima pars a medio limite est ipso ex predicto pastino q. s. Petri. de secunda pars a media fenestra est ipsa sorte mea q. s. Iohanni ex eodem pastino quod michi a vos prenominati evenit in sortem. de tertia pars a medio limite est ipsa iamdicta terra mea vacua. Quarta vero pars foras ipsa sepe et vallone pergit via puplica, qui badit iusta ecclesiam beati Marci apostoli subtus ac civitate Canni et badit ad iuncilieto infra cisterna que finis ut diximus sic vobis q. s. nominati tradidi in sorte his dicto pastino per ex predicti finis et numerum cum inferius et superiusque (*sic*) suis cum trasita et exita sua et cum omnia infro se abentem. Unde nec mihi q. s. Iohanni neque ad eredes meos nec cuicumque hominem nilchil (*sic*) exinde reservavi portionem requirendum set sicut prelegitur vobis q. s. nominati tradidi in sortem ea que prelegitur vel ad vestris eredibus set per ad abendum vel ad possidendum et faciendum exinde ab odierna die que vestra fuerit voluntas. Unde ad presens ego q. s. Iohanne per ex predicta convenientia bona mea voluntate guadiam dedi vobis q. s. Milandi et Martini et mediatorem vobis posuit Raimelfrit f. Ursi (?) de ac civitate Canni ea ratione, ut ego q. s. Iohanne et meos eredes fiamus defensores vobis q. s. Milandi et Martini vel ad vestris eredibus da omnes homines de ea que prelegitur et da quarta uxori mee et ab omnem servitio domnico et sumatico, quod si hec vobis omnia adimplere non voluerimus et aliquit causationem vel intentionem vobis inde mittere voluerimus per nos ipsi aut per summissa personas (*sic*). obligo me q. s. Iohanne et meos eredes dare vobis q. s. Milandi et Martini vel ad vestris eredibus viginti solidos constantinos et que prelegitur adimpleamus vobis seu omni tempore stet per invitis, per eadem guadia et iamdicto mediatore qui vobis licentiam tribuit pignerare se et suos eredes sine compellatione bobi et caballi sui et ex alia causa sua pignera legitima et inlegitima et hunc scriptum convenientie seu divisione in supradicta ratione scripsi ego Gregorius diaconus et notarius et interfui.

† Ego q. s. Petrus iudex.

† Ego Mele de Riso.

† Ego Grisantio.